Toden und Begräbnüſſen vocat **eine unmenſchliche / uner-
bare Härtigkeit / um welcher willen Gott noch zum gröſ-
ſern Zorn und Straffe beweget werde.** Quod gentiles etiam
averſati ſunt, ac ſepulturæ maximam ſemper curam habuêre.
Vid. *Curt. lib. 2. c. 1. & lib. 3. c. 12. Val. Maxim. lib. 5. c. 1. & 4. Cic. lib. 2.
d. LL. Plin. lib. 3. Nat. hiſtor. c. 5. Juſtin. lib. 6. c. 6. Plutarch. in vitâ*
4 *Niciæ. c. 13.* Atque hinc tanta veneratio tantusque favor ſepul-
5 crorum eſt, ut inter loca religioſa referantur. *§. 9. Inſt. d. R. D.* Et
cùm hodie publica loca ſepulturæ defunctorum ſint deſtinata,
quæ communi vocabulô Cœmeteria vocantur, ideòque iis-
dem cum templis & Eccleſiis privilegiis fruuntur, imò tem-
plis originem dediſſe cœmeteria tradit *Magnif. Dn. Ziegler.
JCtus graviſſimus & antiquitatum canonicarum ſcrutator accuratiſſi-
mus, in comm. ad Inſt. Lancell. tit. d. religioſ. domib. §. 6. conf. Gothofred.
ad l. 42. ff. d. relig. & ſumt. fun.* cùm olim ad martyrũ ſepulcra con-
venirent homines, ibi ſacra celebrarent, ipſisque veluti tem-
6 pla eſſent. Et ab *Ulpian. in l. 14. §. 7. d. t.* defunctorum ſepul-
tura piis cauſis accenſetur. *Conf. Surd. Deciſ. 255. n. 9. & Dd. ad d. l.
14.* adeò, ut executores teſtamenti juſſi bona diſtribuere in u-
ſus pios, poſſint impendere in funus pauperum. *Bald. in tract.
dot. part. 5. n. 10.* quod & ipſe Salvator *Marci 14. v. 6.* innuit, mu-
lierem, à quâ nardô piſticâ delibutus, defendens: καλὸν ἔργον
εἰργάσατο εἰς ἐμέ. *Et paulò pòſt verſ. 8.* προέλαβε μυρίσαι μου τὸ
σῶμα εἰς τὸν ἐνταφιασμόν, *bonum opus operata eſt erga me:
7 prævenit ut ungeret meum corpus ad ſepulturam.* Id quod
approbare videtur Sereniſſ. Saxo *in Ordin. Eccleſ. d. l.* ibi enim
ratio quæſtioni, quare defuncti ſint ſepeliendi, adjecta, piam
ſanè continet intentionem in verb. **alle Toden ſollen ehrlich
begraben werden / den Lebendigen zu einer Errinnerung
ihrer Sterbligkeit / auf daß ein ieder ſein Ende / und wie un-
gewiß daſſelbige ſey / bedencke / und ſein Leben in Bußfertig-
keit zurichten / und ſich zum Tode bereit und geſchickt zuma-
chen, hierdurch vermahnet werde.** Hoc

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn358484421/4 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG